AUGUSTINUS. BASILIENSIA
Basel und Klosterneuburg, 1434-1435
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

e va militis xpi Abicite opa tenebrarum et induamini arma lucis O
sacerdotes dei attendite quesso dignitatem vestram et romanam qua vocati
estis Nunquid vos estis genus electum regale sacerdotium gens sancta populus
acquisitionis vocati in admirabile lumen suum non enim estis hospites et ad
venae sed estis cives sanctorum et domestici super edificati super fundamenta apostolorum
et prophetarum in quo summo angulari lapide in xpo ihesu vocati in officium mi
nisterii sui Omnia subiecit subpedibus vestris imperatores reges principes
et omnem creaturam qua pretiosissimo sanguine suo pro redemit Constituendo
vos super gentes et regna Regales sacerdotes patres et pastores omnium
diuersorum Armauit instruxit et doruit Armauit primo lorica fidei ita ut nu
llus insperet qui habet fidem tanta sicut granum synapis dicit monti
rade et ibit Armauit et fecit timorem domini ita ut deum timetis et ma
data eius faciatis omnia vos timeret cui timet deum omnia timet eum
Celum terra mare et omnia que in eis sunt verbo vestro obedirent Ar
mauit insuper instruxit et doruit spiritu sapie et intellectus Spiritu consi
lii et fortitudinis Spiritu scientie et pietatis et repleuit vos spiritu timoris domini
dicens Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate et aperietur vobis
Armauit preterea vos galea iustitie platem et iurisdictionem tribuens dedit
vobis claues regni celestis claues platis dicens Quorum remiseritis peccata
remittentur et quorum retinueritis retenta erunt Claues scientie misit vos
in mundum universum euangelizare omni creature et curare vbique vobis
sic armat insuper tribuens platem signorum mortuos suscitare leprosos
mundare demones effugare et languentes curare Propter quam platem
suam iurisdictionem et signorum excellentiam qualitatem est regale sacerdotium
quo ad omnes reges et principes vniuersumque populum vt non solum sancti
et renuntiantes se adeo sacerdotibus domini esse subiectos Sed insuper ce
lestis omnia temporalia terras possessiones et corporalia pretiosissima
et thesauros inquibus singularissime delectabat obtulerunt et donauerunt
Vos ut veros superiores adeo constitutos honoratis omni honore et reuerentia
omni subiectione et obedientia concludendo dicentes estis et filii excelsi omnes
Sed heu pro dolor O sacerdotes regales vbi nunc cecidit dignitas vestra
vbi honor vbi reuerentia vbi obedientia regum et principum vbi populi donaro
Cuncta dominia vobis nunc conferunt qua subiectione vos recognoscunt
Nunquid videtur quod subditi vestri vos subiugat et premit manus in
pnm domini et malignant in preceptis eius Tractemus breuiter causas huius
rusus et subiugationis prima videt quia arma lunae iniuste vere abiecisti